

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, SS.  
Th. D. Facult. Sen. ... Ad Exequias Quas Foeminae Laudatissimae Elisabetae  
Geißmers/ Uxori suae desideratissimae Vir ... Dn. Joachimus Lindemannus ad S.  
Petri Concionator ... Viduus maestissimus paratas cupit; Omnes omnium  
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785>

Druck    Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in E. Geissmer,  
*uxor. F. Lindemann.*

Rostock. 1647.

44.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0004)

DFG

124.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES QUISTORPIUS,**  
D. Facult. Sen. & Superintendens  
AD EXEQUIAS.  
Quas  
ELISABETÆ  
Geßmers /  
Uxori suædesideratissimæ  
Vir Reverendus & Clarissimus  
**DN. JOACHIMUS LINDEMAN-**  
NUS ad S. PETRI Concionator fidelissimus  
Viduus mæstissimus paratas cupit;  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
officiorè & diligenter invitati.  
ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1647.



**A**criorem longè concitatemq; in viris virtutem esse, leniorem verò placidioremque in fæminis, nemo opinor infici as eat. Ac licet ibi verenda admirandaq; magis sit, quod facile largimur, hic ipsa quiete atque silentio tamen jucundior atq; amabilior venit. Cæterum laude utrobiq; dignissima, cum æquè infæminis atque in viris non usu operâque duntaxat, verùm exemplo etiam salubris ac fructuosa existere soleat, Quaren non prætermittendū tacitè ELISABETÆ GEISMARIÆ, fæminæ egregiæ, funus est. Tum propter alias laudes, quas abunde meretur: tum quia in hoc se quiore sexu, cui modestia & quies propria est, nihil tranquillius eâ ac verecundius fuit. Quod tanto majori gloriæ est atque honori, quanto ambitione fæminarum ut impotentius nihil est, ita nec temerè aliquid deformè æquè ac perniciosum. Quæ magnas non modo familias sæpius, sed integra etiam & opulentissima regna evertit. Exempla essent in mundo

do quam pluri<sup>na</sup>, quæ vero heic recēsere, operæ  
pretium non putamus Nata est igitur Nostra An-  
cīo 15xxv. d. xxvi. Aprilis, sub X. matuti-  
nam , patremq. habuit Spectatissimum Virum  
**HENRICUM GEISMARUM**, civem  
hujus Reipubl. primarium, & Ædi Jacobæ, dum  
fata Deusque sinebant , præfectum laudatissi-  
mum. Virum, inquam, tam recti æquique ob-  
servantem, tam morum vitæq. integrum, ut an-  
tiquæ virtutis ac fidei exemplar merito appella-  
retur. Matrem sortita fuit **MARIAM Gerdes** de  
cujus sanctissimis morib<sup>o</sup> talis exempli filia cum  
maximè potest testari: quippe quam semper &  
æmulata superstitem usque à teneris est, & post  
deinde constantissime expressit. Qui ut hanc  
filiam suam na<sup>c</sup>t<sup>i</sup> fuerant; ita eandem cum cura  
& diligentia in primis educarunt. Nec ipsa quo-  
que, ut optimâ & vivacissimâ indole prædita,  
segnior fuit in arripiendis & exsequendis ijs, quæ  
pulchra egregiaque præciperentur ; quam in-  
monstrando essent ij, quibus hoc incumbebat  
maximè, ut annos puellæ regerent, atque ad o-  
mnem honesti cultum quæ disciplinâ, quæ exem-  
plio informarent. Quare & cæteras artes, qui-  
bus ingenia puellarum excoli ornarique solent,  
leviores tamen sunt, arripuit facile; & illas majoc-

A 2

res

res quoque ad summas probè complexa animo  
est, timere, & venerari D E U M , parentes cole-  
re, & audientem esse dicto eorum, pudicè æta-  
tem habere : tūm fugere otium, labori contra  
assuescere : nihil antiquius ducere honestā fa-  
mā; dareque operam adeo, non modo culpā  
ipse ut vaces, verum suspicione etiam ut careas.  
Quanquam per malevolentiam hominum pra-  
vamq; libidinem id impetrare semper haud licet.  
Quam contra solatium maximum præsidiumq;  
firmissimum est, conscientia bona. Tranquillita-  
te enim conscientiæ nihil excogitari beatius pot-  
est. Quā si absolvimur, jam hominum amplius  
opinio, tam anxiè attendenda non est. Anno  
clo I<sup>o</sup> XLIII. nuptum data JOACHIMO LIN-  
DEM ANNO est, viro reverendâ dignitate Cla-  
rissimo, ad S. PETRI Concionatori, de Ecclesia BE-  
NE MERENTI. Cum eo quatuor annos con-  
corditer conjuncteque vitam egit. Vaga & am-  
bulatrix nunquam fuit: nec aliarum magis, quam  
rerum suarum satagens. Versata cum omnibus  
comiter atque benevole, quibuscum vivendi a-  
gendique necessitas incideret. Veritatis, si quis-  
quam, & amans & studiosa exstitit: neque officii  
tantum, sed fidei etiam imprimis plena. Do-  
rarium atque familiam ita rexit, ut neque adducte  
nimis,

nimis, neque remissè moderaretur: & facientes opus non dicto tantum, sed exemplo etiam incitaret. Edidit marito geminam sobolem eamque masculam; unam denatam jam ante, quam nata esset, alteram vivam quidem sed quæ, paulo post lavacrum regenerationis, & suum debitum naturæ solvere coacta fuit. Ex posteriori tamen partu pejus cæpit habere, & maximam partem de cordis debilitate conquesta fuit. Nec non consulti fuerunt Medicæ artis antistites sed neque ulla ullius herbæ virtus aut vis, nulla artis ingenijq; humani solertia avertire ac declinare potest, quod Deus decrevit: & eo usque medicinæ valent, quatenus efficaciam successumq; idem inspirat. Durante morbo omnem rerum humanarum curam ejecit ex animo, & ut Poëtæ veteris verbo utamur, expectoravit. Quanquam verò aliquot hebdomadibus ante, quām puerpera facta esset, sacrosanctis mysterijs animam procurasset, denuò tamen, postquam cæpit gravius decumbere, Virum reverendum & clarissimum DOMINUM M. KANTZLERUM, ad S. PETRI Pastorem vigilantissimum, Collegam & amicum nostrum colendum, arcessivit, cui cum peccata sua iterum confessa esset, ab eodem viaticum S. S.

A 3

cænæ

cænæ Dominicæ petiit, desiderium suum his ver-  
bis testata: Wie ein Hirsch schreyet nach frischem  
Wasser &c. Animâ itaq. eum in modū cælesti ne-  
ctare & ambrosia corporis ac sanguinis Dominici  
refectâ & voto potita, iterum exclamavit: Bis will  
kommen du edler Gast. Et mox: Sey nun wie-  
der zufrieden meine Seele. Abhinc per biduum de  
angore cordis plurimum conquesta fuit cum Psal-  
me regio: Die Angst meines Herzens ist groß. Sed  
ita, ut seipsum vicissim erigeret ejusdem regii Pro-  
phetæ verbis: Was betrübestu dich meine Seele:  
Vnd ob es wårt bis in die Nacht / vnd wieder an den  
Morgen. Cætera nostis. Non poterat sibi non au-  
gurari quid immineret, at tantum aberat, ut fran-  
geretur atq; dejiceret animum, ut potius eò tol-  
leret, quo transituram se paullo post habebat per-  
suasum. Eâ fiduciâ clara voce canere cæpit: Was  
lobens sollen wir ô Vatter singen/ie. Et: Herzlich  
thut mich verlangen nach einem seligen End. Item:  
Komm du schöne FreudenKrone/ie. HErr JESU  
Christe hilff du mir. Dicta profecto magni pon-  
deris, & consolationis efficacissimæ! Ex his sacræ  
scripturæ fontibus purissimis, lassi pectoris æstus  
refrigerantur. Hinc sentimus nobis inflamari pe-  
ctus ad amorem rerum cælestium, ad contemnū  
mortaliū. Cæterum matrem maritumq; mœ-  
stissimos sibi astantes his verbis allocuta est: Be-  
ständig

ständig bleibt im Glauben/wir werden / in furher  
Zeit/ ein ander wider schawen/ dort in der Ewigkeit.  
Ipsosq. rogavit ut una secum à DEO ter opt. ma-  
ximò exorarent sibi beatam & citam ex hac mi-  
seriarum valle emigrationem. Ex quo intelligi  
potest, quād ardentiissimo desiderio videndi &  
amplectendi C H R I S T I sui tota flagravit. Nec de-  
fuit voto DEUS, & maximè avidam secum jungi,  
nudius quintus ad se solvit traduxitque. Disces-  
sit eodem die , quo ante ipsos quatuor annos  
marito suo, nunc-viduo mœstissimo nuptū data  
fuerat. Tum temporis scilicet sponso terre-  
stri, nunc cælesti. Atque ita subvolavit anima  
ejus, corporis hujus ergastulo soluta, in cœlum.  
Non potest enim malè mori, qui bene vixit.  
A labore ad quietem, à dolore ad voluptatem  
transiit. Ubi videt & habet C H R I S T U M ve-  
ritatis solem, pacem veritatis prolem : cœlum ve-  
ritatis gremium : vitam veritatis præmium. Ubi  
videt avum suum paternum M I C H A E L E M  
G E I S M A R U M Senatorem olim Reipubl. hujus  
gravissimum ; videt avum maternum J O A C H I-  
M U M Gerdes Civem, cum in vivis esset, hujus  
loci primarium; videt cælesti beatitudine circum-  
fusam aviam paternam E L I S A B E T A M Fre-  
sten/ut & aviam maternam C A T H A R I N A M

Krögers

Krøgers Wismariensem, cæli municipes. Non dabim⁹ solatum mæstissimo viduo, Collegæ atque amico nostro haud è multis, ne videamur in silvam ferre ligna: vobiscum deinceps mihi res erit

CIVES ACADEMIÆ.

Quia magnum est misero solatum, ut Nazianzenus ait, miseratio, quæ ex animo proficiuntur: soletque dolor ingenuè impertitus calamitates plurimum sublevare: vestra quoque doloris societate, quam frequentia in dēducendo funere demonstrare potestis, non parum dolorem mæstissimi vidui sublevatum iri omnino persuasū habete. Adeste igitur frequentes ad horam primam hoc die, qui faust⁹ sit vobis, & quo fung⁹ nos vocat, ex æde S. PETRI, mecum sequimini.

P. P. d. XIII. Decembr. ANN I jam decrepiti clo Iac XLVII.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777448785/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448785/phys_0016)

DFG

ständig bleibt im Glauben/wir  
Zeit/ ein ander wider schawen/ de  
Ipsosq. rogavit ut una secum à  
ximo exorarent sibi beatam &  
seriarum valle emigrationem.  
poteſt, quām ardentissimo deſ  
amplectendi C H R I S T I ſui tota  
fuit voto D E U S, & maximē avi  
nudius quintus ad ſe ſolvit tra  
ſit eodem die , quo ante ipſo  
marito ſuo, nunc viduo mœſtil  
fuerat. Tum temporis ſcili  
ſtri, nunc cæleſti. Atque ita  
ejuſ, corporis hujus ergaſtulo ſ  
Non poteſt enim male mori,  
A labore ad quietem, à dolor  
transiit. Ubi videt & habet C H  
ritatis ſolem, pacem veritatis pr  
eritatis gremium: vitam veritati  
videt avum ſuum paternum N  
GEISMARUM Senatorem olim  
gravifimum; videt avum materi  
M U M Gerdes Civem, cum in v  
loci primarium; videt cæleſtibea  
tusam aviam paternam E L I S A  
ſten/ut & aviam maternam C A



the scale towards document

092

Patch Reference numbers on UTT  
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.